BIBL. NAZIONALE
CENTRALE-FIRENZE
999
36

Digitized by Google



997 36

STORIA

DELL' ASSEDIO DI BRESCIA

AVVENUTO NELL' ANNO MCCCCXXXVIII

DESCRITTO

DA NICOLÒ COLZÈ VICENTINO.

VENEZIA
1860.

Digitized by Google

999.36

Digitized by Google

STORIA
DELL'ASSEDIO DI BRESCIA

AVVENUTO NELL'ANNO MCCCCXXXVIII

DESCRITTO

DA NICOLÒ COLZÈ VICENTINO.

VENEZIA
MDCCCLX.

a spese di Giovanni da Schio.

Google

GIUSEPPE GRIMALDO TIP. CALC.
Premiato della grande Medaglia d' Oro per le Arti.

Digitized by Google

AI VICENTINI.

Molti furono gli storici del famoso assedio di Brescia, a cui s'accinse invano il Piccinino capitanio Visconteo, nel secolo XV, perchè molti i letterati testimonj di vista. Fra costoro, vantiamocene, due nostri concittadini. Voglio dire Evangelista Manelmo, e Nicolò Colzè. Il primo fu edito con erudite illustrazioni dal Padre Astezati nel 1728. Il secondo lo pongo alle stampe io, nudo quasi come lo trovai nel codice C. Classe XI della biblioteca di San Marco a Venezia. Il Colzè non è minore al Manelmo nei pregi dello stile e dello storico, e se meno particolarità di avvenimenti raccolse dall'emulo suo, lo superò arrecandocene di quelle dall'altro obliate. Oltre a ciò è lodabile il Colzè per aver fatto tesoro del numero delle armi, dei projettili, ecc. notizie statistiche cercate oggidì da quelli che studiano l'economia dei popoli anche nell'arte di ammazzarli. Questo modo di scrivere la storia, era precoce ai tempi del Colzè. Per tali suddetti pregi io credo non inutile, nemmeno alla istoria di Brescia, la narrazione di questo secondo letterato Vicentino, a mio credere preferibile a quella di Cristoforo del Soldo, scrittore vaniloquo, che il Muratori scusò alla meglio nell'inserirlo nel Tomo XXI del *Rerum italicarum*.

Digitized by Google

Ignoro quasi chi si fosse al mondo l'autore ch'or produco alla luce. Egli era figlio di Antonio l'uno dei cittadini più prestanti di Vicenza componenti la bailia che decise la patria ad esser suddita di Venezia nel 1404. Nicolò nel 1435 fu deputato *ad utilia*, cioè membro del magistrato municipale. Nel 1439 era Vicario pretorio in Brescia com'Egli stesso qui ci fa sapere. Lucia Colzè nel 1447 prendendo a marito Cardin Ferramosca, e nel 1448 tramutandosi in monaca di Santa Chiara (*et potuit*, dice lo stesso Cardino nelle sue Cronache, *quia inter ipsam, et me nondum conjuncta erat copula carnalis*) in ambe le occasioni asserisce morto il padre suo Nicolò. Il cognome dei Colzè s'ode ancora a Vicenza, ed io vagheggio l'idea di aver ben meritato della patria, rinfrescandolo in un'opera bella ed onorata.

Gio. da Schio.

EGREGIO AC SAPIENTISSIMO DOMINO

NICOLA DE CLEREGATIS

DE VICETIA

LEGUM DOCTORI EXIMIO ETC.

Etsi hoc superiori ac satis infelici tempore, ad te nihil scripserim, suavissime Nicola, non quod ulla mihi abstulisset oblivio, sed cum viarum tabellariorumque facultas praeclusa esset, fas non fuit amicis commode litteras aut nuntios mittere, nisi per medios hostes, et sub diligentissima, et nonnunquam violenta exploratorum inquisitione. Atamen coelesti quodam munere nubes calamitatis nostrae aliqua ex parte soluta sit, dignum putavi pro jure, ac meo in te officio, et dignitati tuae, et ipsi desiderio nostro morem gerere. Et quamquam plurima sint praeclara digna relatu, tibique pro tuo ingenio gratissima, adventus scilicet hostium trans padum in agrum Cremonensem, expugnatio opulentissimi oppidi Casalis majoris, transitus Olei in terras et loca illustrissimi Domini, Domini Marchionis Mantuae, subversio universalis, subitaque rerum mutatio, admiranda expavescenda omnis scilicet Cremonensis, Brixiensis, ac Bergomensis territorii seditione, potius incolarum et consuetudine quadam regni commutandi prolapsa, quia vi militum, aut rerum bellicarum expugnatione, illud solum complectar praeclarum facinus quod fere omnibus est in ore, insultus scilicet, hostiles expugnationes in hanc magnificam ac praeclaram urbem, scilicet Brixiam, ubi tot prostrata moenia, tot mortes ac vulnera illata, tanta vis ac tremor in omnes, ut vix meminerim legisse

unquam aut vidisse urbem aliquam, tot, tantisque bellorum generibus, ac ruinis quassatam tueri potuisse:

Nec profecto, mi Nicola, onus hoc rei tam grandis, tamque magnifice sumendum putavi, quo tibi rerum gravitate ac dicendi facundia facere satis putem, genus illud suave ac praeclarum a me quidem alienum. Ad te forte protulit odor suavissimus litterarum, clarissimum virum ex patricio, ac militari ordine Franciscum Barbarum, ad Reverendissimum Dominum, Dominum Prothonotarium suum, nec non ad Clarissimum virum Hermolaum Donato oratorem Florentiae, sed ne ut nostrae amicitiae morem gerens quidquid transeuntes tulerint, seriatim, et ordine tibi rem hanc ostendam, et quoad potero summatim. Nam si militum ordines, si apparatus belli, si valla ad famem, et obsidionem nostram parata, si bombardas, si vias opertas, si demum singula bellorum ac telorum genera complecti volucrim, jus est, ut non jure prolaxior sim, et forte tibi molestus. Illa tamen non omittam quae indigna visa sunt, ex quibus pro tuo ingenio, ac tua integritate reliqua percipies, praesertim cum in re tam grandi, tamque praeclara, plurima sint, quae aut videri, aut saltem scribi minime potuerunt.

Devictis Urseis novis factione militum, et incolarum captivitatisque, ibidem nostris peditibus hostilis exercitus fortunatus quod omnem provinciam ceperat, sola Brixia, ac Bergamo, et quantum moenia caperent in gloriam, et triumphum ingentis victoriae reservatis, fisusque urbem hanc, undique praeclusis itineribus, obsidione posse convinci nostris gentibus, jam in agrum Veronensem profectis VI Kalendas octobris se transtulit, in vicum Roncadelli, in ripam Melae, longe a moenibus civitatis per milliaria duo. Cumque ibi aliquandiu sedisset, populumque non unquam se offerendo in praelium concitasset, factis excursionibus usque in murum portam Sancti Iohannis plures ex nostris civibus coepit; quibus tres erant primario ex ordine, quibus ab hoste donata est libertas, refusis aureis mille octingentis.

Deinde, diruptis molendinis, sunt enim omnia pene extra urbem in rivulis Melae, cum aquam inde fluentem avertisset; cogitans, Brixiam nisi praeclusis montibus obsideri minime posse; pridie Kalendas octobris, positis ordinibus, Monpia-

num montem Sanctae crucis, ac Sanctam Euphoniam occupat, ubi castris compositis, initoque consilio de componendis ibi castellis ligneis in damnum nostrum, quo nulli ad nos nisi per manus eorum pateret aditus, convocatis operariis, vias primum in monte insolitas struxit, unde praeparamenta vallarum victualia, caeteraque suis usibus necessaria, et breviori via, et absque metu nostrorum militum, conducet.

Opere coepto, hostis nil praetermittens quod ad perniciem nostram tenderet, ruptis cuniculis fontium nostrorum, et popularem et capitalem injuriam totius urbis, aquas divertit in foveam castelli sui. Dehinc novo conductu in flumen Garziae *in terra urbem* (?) apud agrum Monpiani. Nec eo contentus ipse quia ex solito cursu Garziae in terra urbem discursit ad locum Sancti Bartholomei, longe a porta pillarum sexcentis fere passibus, praeclusa Garzia munimime lapidum et lignorum ; indeque novo alveo composito per medios agros duobus fere millibus usque in Melam aquas omnes convertit.

Amotis igitur aquis ac molendinis, solis cloacis ac puteis nobis relictis, unde incommoda, et immunditias pati dicimus. Praetores nostri, ac primarii et cives, ne demptis commoditatibus, populum ad querelas inducerent, structis instrumentis, ac vasis ad puteos quibus aqua facilius trahi, et commodius posset. Ex publico statuere panem venalem in foro, et urbis triangulis aequo praetio, ac praeter ea quae a privatis construebantur, sex et decem molendina intra urbem construi jusserunt, quibus jumentis appositis populus uti posset.

Hoc tempore incursus, et eruptiones hinc inde factae pluries in castra hostium nonnunquam in foveas usque nostras quibus plurimi utrinque vulnerati, plurimi caesi.

Eo fere tempore latitantibus peditibus nostris in praedam, magnificus comes Leonorius de la Pergola, unus ex primis Castrorum ducibus hostilis exercitus, dum inde aucupatum transiret insultatus, equoque dejectus, in fidem se tradere conatus est. His etiam diebus, fortissimus miles F. de la Mirandola, in legione N. P. (nostri populi) primarius, insultatis peditibus nostris qui ad divertendas aquas accesserant, dum equo percusso in terram procedisset, et vi peditum in urbem raptaretur, ingens utrinque militum et populi concursus accessit, ubi vi potius et armis,

quam imperatoris ordinem et pugnantium, ita ut medius inter plurimorum cedes et vulnera, hinc tractus, hinc distractus, obierit.

Interim Dux Aquilejensis, et armis clarus et consilio, suadentibus plerisque civibus qui, rupto foedere patriae, contra jus et fas, hostem sequuti erant, convocatis reliquis principibus, ostendit Brixiam vi capi posse, et stipendii loco in praedam militibus dari. Et declaratis, prout audierat, locis debilioribus urbis, quibus murus solo aequari facile poterat, fossa vadari, aqua diverti, pro tali ac tanto proemio aut moriendum suadi, aut certe viribus experiendum. Fortassis norat praedia nostra et apparatus belli apud agrum Veronensem, aut dubia visa est sibi diuturna obsidio, et forte suis militibus rerum penuriarum, ac vitae excidium illatura, non minus quam nobis famem, aut incommoda. Hinc orta contentio inter ipsos duces, et annuentibus plerisque ad tollendam omnem spem nostram omnia vi confici posse, nonnullis dissentibus, tum virtute, tum viribus populi, tum nostrorum militum manu. Eo res deducta est ut optento proelio milites III Kal. Novembris, amotis stationibus, adductis undique machinis, ac munimentis planum occupent inter urbem, et montem sanctae crucis. Ibi castra ponunt, violatis templis beatissimorum urbis pontificum, et patronorum almae nostrae civitatis Sancti Floriani, Salvatoris, Maphaei, Apolonj et Andreae, templa quod praeclara religione, observantia, ac pulchritudine, et urbi fere contigua. Ibi arma, et equos, reliquaque hujusmodi telorum genera inducant, positisque ordinibus ac decretis ducibus belli gerendi quatuor et decem bombardae, firmatis aggeribus in excidium illustrissimae dominationis Venetorum termino in loco sternuntur.

Apud Sanctum Apolonium, apud Sanctum in Ravarotum, in Turrim, et portam Sancti Andreae veterem clausam, et jam multis saeculis destitutam, simul et in murum altum, et Turrim Sancti Petri Oliveti, apud Sanctum Andream in arcem, et portam turris longe consuetam, apud Sanctum Maphaeum in Turrim, et muros anguli Mombelli, et, ut clarior sim, stat turris Sancti Petri Oliveti, in monte ingens superba vicinia castro. Ibi angulus urbis extra prospiciens montes intro descendit murus in meridiem per lineam usque in planum et in locum qui dicitur

Ravarotus et portam Sancti Andreae fere ducentis passibus. Inde per rectum et planum usque in arcem, et portam turris longe ultra passuum centum, et deinde continuatis moenibus ducentis fere passibus, usque in Turrim Mombelli, ubi alter angulus urbis, extra meridiem concernens intra montes eo in loco Mombelli est fossa urbis continens aquam usque ad portam turris longe inde ascendens quantum mons capit, caret aqua.

His motibus impulsis praesides nostri, et primates urbis totius existimantes principiis obviandum militeque laboriosum ac nondum ordinatum experiendum, concitatis militibus et omni populo, noctu incautum hostem invadunt, prostratisque foribus templorum Apolonii et Andreae, scalisque appositis vi ingrediuntur, tecta conscendunt, resistentemque telis hostem dejiciunt, pluribusque captivitatis nonnullis caesis caeteros insequuntur, paucis intra Turrim ecclesiae se tuentibus, et jam spe destitutis vique telorum, et lapidum pene devictis, nisi ad sociorum voces qui accitis copiis auxilia obsessis et favores parabant consulto monili nostri urbem petierunt, exusta tamen parte templi Sancti Apolonii, sanguineque pollutis altaribus, et sacris imaginibus.

Hinc indignatus hostis, reperatis pristinis stationibus, pridie nonas Novembris MCCCCXXXVIII termino in loco ut erant positae, infestare nos coepit, bombardis, ac missilibus, et ballcaribus, murosque nostros, turres, et moenia continuatis ictibus prostrare, atque quassare, et plerumque errato ictu, lapidesque per urbem immittere, domos ac tecta diruere in tanto urbis tremore, ut et qui negotiis impediti proficiscerentur, et qui periculi vitandi causa se domi continebant, uno momento vitam pariter, et necem prospicerent.

Nec eo contentus, vallatis plerisque itineribus usque in fossam Mombelli, positoque ibidem propugnaculo terra, turribusque contexto quo tuti milites insistant, telaque in nostros jaciant, per medios agros fossam extendit quingentis fere passibus usque in navilium qua fossas nostras aquis abductis dessicat, adituque liberiores efficit. Amplius vias opacas in terram instruit usque in portam Sancti Andreae, ubi destructo opice turris vi bombardarum clam fundamenta secat, trabibusque immissis adhaeret quo suo arbitrio decidens ac fossam complens facile sibi pontem, aut

iter intra urbem statuat. His augustiis Proetores nostri, convocatis armorum ducibus, ac primatibus urbis, inito consilio, et si rem dubiam concernant laboriosam, extimescendam, suadent tamen pro virtute pugnandum, vitam pro patria, pro liberis, pro religione exponendam, eruentumque hostem, praedam, vulnera, ac caedes poscentem propulsandum, ac in justitia victoriam consistere intrepide existimandum divinis et humanis legibus caulum, affirmantes qui justius pugnarent, a Diis immortalibus tuerentur. Hoc praesidio, hisque justis armis freti, duces ac populus assentiunt viribus ac telis resistendum, aut certe mediis aggeribus pro virtute, pro fide, pro libertate moriendum. Mirabile exemplum fidei et virtutis mililes nostri, quibus nec liberorum cura fuit, neque divitiarum copia quoque solo exiguo stipendio ad nostra commoda servabantur pro urbe hac, pro libertate nostra, libero ac potenti animo uniti civibus, et mortem, et vulnera contempserunt.

Distinctis itaque militum ac plebejorum ordinibus decretis, locis datis Ducibus, summa potestas tributa est illustrissimo, ac magnanimo Tadeo Marchioni Estensi, qui populum ac milites disponat, qui continuas reparationes, qui machinas, qui tela, caeteraque armorum genera ac munimenta belli in hostium perniciem statuat. Tanta interim strages ab hostibus sit, tanta diruptio in muros et propugnaeula nostra, ut continuo per omnes dies ac noctes, et ipsi primates, ac populus, sacerdotes etiam virgines quoque, et matronae positis ornamentis, ac sumptis ligonibus, aggeribus, ac vallis insistant lapides, caeteraque preparamenta afferant, insudent, vigilent. Ex publico statuti sunt medici, subventiones opportunae, victualia militibus caeterisque pro patria se exponentibus, continuae rogationes institutae.

Aequatis jam solo moenibus, ita ut nos non murus, non aqua, non fossa tegeret, aut tueretur hostis, accitis militum copiis et omni manu, Illustris. Marchionis Mantuae in praedam potius aut fugam gloriam speratae victoriae quod praesidium confluentibusque undique finitimis qui pugnandi aut depreeandi, quam visendi studio, secundo Kalendas decembris MCCCCXXXVIII bellum parat, structisque aciebus, dispositis propugnatoribus, in ortu solis, ingenti militum clamore, ac telorum strepitu, missilium et bombardarum tribus in locis uti muros struxerat, urbem

aggreditur, fossisque devictis ruinas murorumque fragmenta superat, aggeres pene nostros ingreditur.

Ibi diu acriterque pugnatum calce urenti, aqua, ignibus, et omni telorum, ac bellorum genere, et equis fere viribus. Interim turris Sancti Andreae quam hostis suppositis ignibus ob ingentem ruinam futurum sibi pontem crediderat: mirabile dictu, comsumptis trabibus, quibus tenebatur, clam pristino fundamento adhesit, et prout erat erecta et integra nostris favoribus servata est, nec miro polluerant enim hostes templum et altare tam Sancti viri, tamquam praeclari Apostoli. Stationes militum ibi posuerunt, solemnia celebrari vectabant, diemque suum quem clerus et populus cum maxima veneratione servabant, in voces horribiles, in telorum, et armorum strepitus, in caedes, et vulnera commutarant. Consumpto pene die, dum hostis saepius vallum, stationisque nostrorum militum ascendisset vique dejectus esset magna cum strage, ac fortissimorum militum caede, indignatusque imprompta patentique victoria caedere cogeretur detestans suorum ignominiam, in signa ac castra vicina se retraxit.

Eo praelio interemptus est insignis juvenis An. de Longena, nonnulli alii caesi, plurimi vulnerati. Sed magna cum laude, et animorum virtute, quasi spem quamdam religionis existimarint pro fide, pro virtute, pro libertate pati, ac interire.

Hinc animum caepimus, gratesque Deo ac solemnia egimus, suadente itaque utrinque spe, hinc vincere adhuc hostem posse, hinc tutari nos, hostis repertis viribus structisque bombardis, ac caeteris munimentis, quod superest ex moenibus nostris quatitur, ac prosternitur aggeres nostros, et propugnacula, et stationes militum disturbat, dejectoque apice Turris Sancti Petri Olivcti, et muri defensionibus, viam quamdam opertam per terram in fossam usque nostram producit, ac dehinc clam nocte quadam aggeres nostros ac murum invadit. Ibique structis vallis et aggeribus, et vi se tuetur, et dolis murum arbitrio suo continens, in eo castella et munimenta firmat. Superior extat omnibus aggeribus, aut defensionibus nostris, milites nostros operarios, mulieres, populum omnem demum turbat, percutit, ac deterret; his infortuniis territi pene omnes pro visionibusque intendentes, tumultuamus, invertimur, obumbramur.

Laudata tamen providentia illustrissimi Tadei Estensis Mar-

chionis qui fossam fodi statuit passibus decem intra murum nostrum vallo caeterisque lignorum munimentis armari, quo etiam dejecto vel perforato muro ingredi urbem hostis minime possit.

Opere pene facto dum hostes telorum ac lapidum multitudine Masium Nobilem civem nostrum, nonnullos etiam operarios et mulieres, caede, ac vulneribus oppressissent, quo coeptis desisterent. Indignati nostri, ac vim pulsari vi posse falso existimantes, exeunt telisque ac clamoribus hostes invadunt, ipsos muro, aggere, et fossam dejiciunt, latentesque vias immissis ignibus exeutunt. Interea fit utrumque militum concursus pugnamque reparata, diu acriterque certatum est sic ut post plurimorum caedes, et vulnera sumpta et illata vi pulsi nostri urgentibus militum copiis passim coacti sunt, fossam primum, inde vallum, urbem demum expetere, captivitatis nonullis tribunisque peditum nostrorum plerisque vulneratis. Hinc elatus hostis spesque militibus data facile structis moenibus captisque manipularibus nostris vinci posse, nos subjici, depraedari, factoque clam muro quem caeperat sexaginta fere passibus trabibusque subvixo quo capta opportunitate decidens fossamque nostram interiorem muniens, apertam militibus ac facilem viam instruat, acrius constantique animo in bellum se parat; incerti eventu praelii territi animosque devicti nonnulli et fide, et auctoritate optimi cives hinc, illinc, errantes, privata colloquia, submissasque voces effundunt conditionem dedendam hosti urbem potiusquam bello expectato militibus praedam esse.

His continuo silentio statutum suadentibusque plebeis cruce ac sanguine *piandum* (?) esse facinus a praesidibus capitali poena moniti sunt, ac dimissi fide ipsorum pristina ac probitate spectata, nec non justa trepidationis causa.

Tandem idibus decembris hostis, convocatis militum ac finitimorum copiis, statutis ordinibus, tripartito agmine, urbem aggreditur, et quo facilior militibus aditus pateat interjecto igne trabibus, quibus murus servabatur, stant milites futurumque pontem ac victoriam expectant ruente muro; mirum relatu; exustis trabibus murus cujus ingens ruina omnium pene judicio intra urbem expectabatur, caelesti quodam initu ruptis substentaculis, ac munimentis in hostes cecidit, stationes ipsorum complevit; valla, et quaedam preparamenta dirupit, calcatisque

nonnullis custodiis ac operariis, locum nostrum tutiorem reddidit.

Soluti hac spe milites, indignatique, Ravarotum se conferunt, et portam Sancti Andreae, ubi utrimque viriliter pugnabatur, se in pugnam exhibent telis, ac clamoribus opem suis praestant. Eo proelio acriter dimicatum omni telorum genere plurima utrinque vulnera ac caedes illatae, sic ut tandem fusi hostes aggere fossaque fugati non absque ignominia cedere cogerentur. Interim et si diu et acriter admoni bellum certatum esset ingens tamen et cruenta pugna reintegrata sagittis, missilibus, et omni telorum genere, ubi cum pauciores nostri, et fessi pene ictibus, et longa pugna, aliquanto cessarint, illico subita armatorum multitudo vallum nostrum invadit, viribus se tuetur, et telis continuo excursit, fusisque nostris vi locum complet propugnacula defensionesque nostras disturbat. Spem atque animum firmans ingenti clamore, socios adducit, utrimque sit militum ac populi concursus, ibi longa, et cruenta commissa pugna, et cedentibus pene nostris hinc subitus fulgur bombardae emicuit, mediosque inter hostes irrupit. Volitantibusque in coelum scutis ac galeis, impetu facto tres et viginti milites ex fortissimis in fossam et coenum praecipites demersit, octo caesis, ac protinus laceratis. Fit clamor ad coelum, sumptisque animis milites nostri vallum conscendunt, territosque hostes telis concurrunt, cedunt, dejiciunt, sic vallum pristinasque stationes obtinent fusi milites vulneribus sociorum ac caede turbatique hoc infortunio, vallo, fossaque dejecti, in proxima castra se recipiunt.

Illa die nil ultra preclare gestum. Spe tantae gloriae, tamque vulgatae praedae pene soluta, desperatus hostis, accitis undique copiis, sequenti die unito agmine, Ravarotum se confert, et portam Sancti Andreae quo uno in loco congregatis viribus, et fortior sit, et tutior; plurimos namque viros egregios ac fortissimos milites quibus armorum gloriae, quibus militiae cura fuit saucios, aut caesos dimiserat. Ibi signis datis in pugnam se conferunt milites conscendentibusque ipsis vallum, defensiones, et propugnacula nostra, resistentibusque nostris vi telorum ac lapidum, tandem post longam et durissimam pugnam pulsis militibus nostris, igneque disturbatis, vallum, et stationes nostras

capiunt, firmant, et tuentur strepitu minis ac clamoribus nostros deterrent.

Cumque fere per diem asperrime pugnatum esset ac pene continuo superior hostis fuisset, milites nostri, et quibus liberorum, et patriae cura fuit, aut moriendum esse cernentes aut flexis cervicibus hosti parendum, reparatis viribus intrepidi per media hostium tela ac vulnera magnis stridoribus vallum conscendunt, utrinque sociorum vis fit et concursus, hic suadet, hic conatur, hic opem praestat, cedentibus autem hostibus, nostri vallum, pristinas stationes occupant, cedentes in fossam praecipitant, telis ac lapidibus ipsos deturbant, exterrent, suaciant.

Plurimi autem, etiam gravissimi ab hostibus auditum referunt medio in conflictu duos aureis armis insignitos in pugnam se exhibuisse, qui nedum vi et armis sed minitanti, ac pene divino quodam aspectu, et hostes terrere, et ipsos aggeribus sternere visi sunt, quod nonnulli existimant clarissimos martyres urbisque hujus patronos, Faustinum scilicet, et Jovitam cedentibus humanis viribus se locum, et gentem tutari voluisse. Consumpto in pugnam die, fatigati milites vanis laboribus, anxii gloria, spe, ac praeda decoepti in proximas viarum latebras se recipiunt, clamant, secum queruntur, ducibusque rexistunt, a nemine visum asserunt aut auditum claras urbes, aut insignes populos temporibus nostris salva virtute et fide vi armis, aut machinis terreri capi, aut subjici potuisse, et hanc praesertimque viribus, et animi magnitudine caeteras italiae urbes antecellit cuique bombardae caeteraque bellorum genera cui telorum et armorum strepitus non sunt ignoti parvosque vicos et praedam, et violentas militum manus extimescere. Sic indignati, cruenti, ictibusque concussi in vicinia castra recipiunt, se fusus hostis speque victoriae pro tuis destitutus reclamantibus militibus in pugnam etiam ducibus inservire.

Inito consilio de admovendis castris XIX Kal. Ianuarii, clam admotis territoriis, ac caeteris machinis, et munimentis belli, discussis stationibus, igneque interjecto, consumptis in vicinia loca se contulit. Urbe hac muro aqua, fossa fere quingentis passibus poenitus destituta, vulneratis civibus, ac militibus, pene quingentis equibus, hue usque mortui sunt circa centum octuaginta; lactis in turres, et muros nostros, ut nonnulli custodes asserunt.

duobus millibus noningentis septuaginta tribus lapidibus bombardarum ac firmatis tribus castellis ligneis in nostrum excidium, scilicet in Mompianum unum, in sancta Phomia (*Euphemia*) aliud, tertium in apice montis Sanctae Crucis. Ipsorum autem caedes, vulnera, aut incommoda non commemoro. Sed totius pulsatur injuria quam inferatur. Sic loci situs, sic sanguis, sic caesorum membra insepulta testantur. Ita ut fere omnes concludant ipsorum exitum longe ultra quadruplum angustias nostras excedere.

Vale, Domino Episcopo nostro, et Dominis Rectoribus, et aliis officialibus me recommitte. Iterumque vale.

Data Brixiae IV. Idus Ianuarii MCCCCXXXIX.

Tuus Nicolaus de Colzade de Vincentia
Doctor et Domini Potestatis Brixiae Vicarius.

NOTA.

Nicolò Chiericati nacque da una famiglia Vicentina che nei secoli XV, XVI fu principale fra quelle che fecero sfolgorare la patria nelle lettere, e nelle arti; famiglia che nello stesso tempo fu chiara nella milizia. Nicolò era figlio di Valerio condottiere di gente d'arme al servigio del Duca di Milano, e suo famigliare, titoli che gli trovo dati nel 1424. Nicolò fu dottor di collegio nel 1438, e molto prestante in altri ufficj com'è necessario il dirlo per giustificare quel doppio etcettera con cui il codice Marciano accompagna il suo nome.

Nel 1439 fu Podestà di Modena, e durò nel servigio di Lionello d'Este qualche tempo appresso, col titolo di Revisore generale della Garfagnana. Fu appunto allora che Sigismondo Imperatore lo fece Conte Palatino, e Cavaliere aureato.

Nel 1443 fu Podestà di Firenze, e vi fece splendida rappresentanza. Nel cominciarne l'ufficio disse un'orazione che si conserva nel codice medesimo in cui la lettera del Colzè. Il giurisconsulto Francesco Marzari nella sua opera che ha titolo: *Epitome in materiam fideicommissariam*, pagina 34 stampata nel 1570, dice: che al suo tempo si vedevano per anco nel palazzo pretorio di Firenze gli stemmi del Chiericati.

Nel 1445, e 1446 fu Podestà di Perugia, e di Siena successivamente.

Nel 1447 senatore di Roma. L'anno seguente fu a Vicenza dove accomiatò il Podestà Aurio Pasqualigo, che se ne partiva dopo aver completo l'ufficio suo, con un'orazione che si conserva nel codice patrio detto il *viridario del Padre Barbarano*.

Nel 1488 in età di settantatrè anni divise tra i figli suoi porzione della sua facoltà. Questi figli furono Giovanni, che poi morì contro il turco; Valerio, che fu uno degli oratori spediti da Vicenza nel 1509 all'Imperatore Massimiliano; Nicolò Juniore, oratore anch'egli per la patria a Venezia, del quale personaggio vedi ciò che ne dice il Cav.

Cicogna nella storia della Chiesa Veneta degl'Incurabili. Tra questi dividenti non comparve il celebre Lionello Vescovo di Concordia perchè il Padre promise di serbare altrove la porzione dovuta a questo suo quarto figlio. Nicolò seniore di cui scrivo fece testamento nel 1492.

Egli ebbe in moglie Catterina Loschi, figlia del famoso Antonio segretario pontificio, la quale, bench'io non li sappia, ebbe pure i suoi fasti. Pietro Aretino scrivendo a Lucilla Chiericati Saraceno nell'anno 1552, le raccomanda lo scultore Alessandro Vittoria d'età giovanile, e le disse che questo artista, facendole il ritratto, farà parere nel di Lei volto tutte le doti d'animo e di corpo, ch'egli fece risultare nel ritratto di Catterina Chiericati; costei era di Lucilla bisavola, e nubile nel 1441, per cui non è verosimile che il Vittoria la ritraesse viva. Altre Catterine non trovo nell'albero Chiericati da me veduto, ne certo la celebrità di quella che giunse all'Aretino, giunse ad alcuno dei nostri tempi. La Lettera dell'Aretino è nella vita del Vittoria scritta dal Temanza, e ristampata con illustrazioni nel 1828.

ERRATA			CORRIGE
pag.	*lin.*		
5	4	eximio etc.	eximio etc. etc.
7	1	Euphoniam	Euphemiam
8	26	inducant	inducunt
9	36	opice	apice
12	7	desisterent. Indignati	desisterent; indignati
12	18	subvixo	subnixo
14	30	tuis	suis
14	38	lactis	iactis
18	9	disse	dice

39354125

Digitized by Google

Digitized by Google

TIP. DI G. GRIMALDO